

Band II., Nr. 486, Seite 299-300

Bischof Heinrich von Würzburg bestätigt die Schenkung eines Hofes in Gommersdorf durch Konrad von Aschhausen an das Kloster Schöntal.

Ohne Ortsangabe, 1194.

(Chr.) In [n]omine sancte et individue trinitatis, Heinricus, dei gratia Wirtzeburgensis ecclesie episcopus. Divine dispensacionis gratia in episcopalis officii regimine constituti eam commisse nobis amministracioni sollicitudinem ac vigilanciam tenemur impendere ut, cum venerit qui nos in vineam suam denario diurno conduxit, pro consummati laboris opere eterne retribucionis mercedem adipisci valeamus. Quamquam vero ecclesiis nostro presulatu subiectis parum adhuc contulerimus, ad salutem tamen proficere speramus, si ab aliis collata nostre auctoritatis munimine roboremus. Notum ergo sit et etati presencium et posteritati futurorum: quod Conradus de Aschehuszen, libere condicionis homo, curtim suam in Gummer[s]dorff cum omnibus atinenciis eius, hoc est cum agris, pratis, silvis, decursibus amnium, denique cum cultis et incultis, monasterio in Schöñentall, sine omni contradictione, pro anime sue suorumque remedio legittime donavit, nullam sue donacioni condicionis legem prescribens, nisi eam solummodo ut per eum collata monasterio fratrum utilitati cederent, nec quisquam heredum suorum aliquid sibi iuris in prenominatis bonis usurparet. Hec ut rata et inconvulsa permaneant, presentis scripti paginam impressione sigilli nostri communivimus et futurorum diligencie servanda transmisimus. Si quis hoc quocumque prave machinacionis ingenio irritare temptaverit, anathema sit. Testes hii sunt: maior prepositus Gotefridus. Dietericus, prepositus de Onoldesbach¹. Conradus, prepositus de Froburck². Heinricus de Nuenburck. Laici: Boppo de Irminolteshusen. Rupertus de Dürne. Siboto de Cimber³. Albero de Cottenheim⁴. Item ex ministerialibus: Ekkehardus scultetus. Dietericus de Hohenberg⁵. Rugerus de Hohenberg^a. Engelhardus de Bibelrith. Adelhun. Nidunc et plures alii.

 Acta sunt hec anno dominice incarnationis

^aSo ist das Wort kurz vorher ausgeschrieben. Hier müsste der Abkürzung zufolge eigentlich *burg* gelesen werden; die Abschrift von 1618 liest beide Male *Hohenberg* ausgeschrieben.

¹Ansbach.

²Unermittelt, nicht Frohburg (Burg), Trimbach, Kt. Solothurn, Schweiz, W, oder Frohburg, L.

³Zimmern, Grünsfeld, TBB, nicht Zimmern, Seckach, MOS.

⁴Burgruine Hohenkottenheim in Kottenheim.

⁵Burgruine Homburg in Gössenheim.

II

MCXCIII., indictione XII., regnante gloriosissimo Romanorum imperatore
Heinrico, Heinrico Wirtzeburgensium episcopo.

—

Nach dem auf Papier geschriebenen Diplomatar des Klosters Schöntal von 1512, fol. CLXXXVII. Auch das Diplomatar von 1618, ebenfalls auf Papier, enthält fol. 206 eine Abschrift, aber ohne bemerkenswerte Leseverschiedenheiten.

 Ein ziemlich fehlerhafter Abdruck nach dem in der Pfarr-Registratur zu Gommersdorf befindlichen Original, an dem das Siegel abgerissen ist, findet sich in Zeitschrift des Historischen Vereins für das Württembergische Franken 1 (1847/49) - 10 (1875/78), Bd. 4, S. 116 ff.

Überlieferung und Publikationen

Überlieferung und Textkritik:

Papierkopie: StA Ludwigsburg B 503 Bü 55; Abschriften in den Diplomataren im HStA Stuttgart: H 14 Nr. 214 (1512), fol. 187, und H 14 Nr. 215 (1618), fol. 206.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Ansbach, AN
 Aschhausen Wohnplatz (2644)
 Aschhausen, Schöntal, KÜN
 Biebelried, KT
 Froburck
 Frohburg (Burg), Trimbach, Kt. Solothurn, Schweiz, W
 Frohburg, L
 Gommersdorf Wohnplatz (2417)
 Gommersdorf, Krautheim, KÜN
 Homburg, Gössenheim, MSP
 Irmelshausen, Höchheim, NES
 Kloster Schöntal Wohnplatz (2651)
 Kloster Schöntal, Schöntal, KÜN
 Kottenheim, Markt Nordheim, NEA
 Neuenbürg, Weisendorf, ERH
 Walldürn Wohnplatz (6198)
 Walldürn, MOS
 Würzburg, WÜ
 Zimmern Wohnplatz (3774)
 Zimmern Wohnplatz (6176)
 Zimmern, Grünsfeld, TBB
 Zimmern, Seckach, MOS